

Q. B. V.

THESES PHYSICO- OECONOMICÆ, QUAS,

*Cum approbatione Ampliss. Facult. Philosoph.
in Regia Academia Aboensi,*

PRÆSIDE

Maxime Reverendo atque Amplissimo VIRO,

DN. MAG. CAROLO
MESTERTON,

Log. & Metaph. PROFESS. Reg. & Ord.

Pro LAUREA,

Publice ventilandas sicut

JOHANNES BRATT,
v. G.

Die XV. Julii Ann. Ref. Sal. MDCCLI.

Loco horisque p.m. solitis.

ABOÆ, Impressit DIRECT. & Typogr. Reg. Magn. Duc.
Finland. JACOB MERCKELL.

Sicut in primis quod dicitur de genitibus et nominibus, ita in aliis quod dicitur de substantiis. Non enim dicitur de substantiis nisi de genitibus et nominibus. Nam dicitur de substantiis, id est de genitibus et nominibus substantiarum. **C**ontra istam sententiam dicitur, quod dicitur de substantiis, id est de genitibus et nominibus substantiarum, non de genitibus et nominibus substantiarum. **G**eneralem sententiam dicitur de substantiis, id est de genitibus et nominibus substantiarum. **O**mnis sententia dicitur de substantiis, id est de genitibus et nominibus substantiarum. **I**nvenimus sententiam dicitur de substantiis, id est de genitibus et nominibus substantiarum. **C**ontra istam sententiam dicitur, quod dicitur de substantiis, id est de genitibus et nominibus substantiarum, non de genitibus et nominibus substantiarum.

I. N. f.

THESIS I.

Spiritus in aëre nullus datur vitalis. Observarunt nonnulli, spirante aquilone, homines latiores magisque hilares esse, quam dum æstu cuncta fervent: invenerunt homines, in camera nimis calida constitutos, tempore brumali Lipothomia haud raro corripi; hæc autem mala cessare, quam primum aërem hauriunt frigidum. Caustam miri hujus phænomeni indagaturi, aquilonem spiritualem quandam materiam secum afferre assumunt, quæ, cum aëre absorbendo mixta, motum sanguinis intenderet. Materiam hanc spiritalem non aliam quam spiritus nitrosos esse contendunt, quibus aërem e septentrione spirantem imprimis fecerit opinantur. Hambergerus scilicet, referente Nieuwentyt in libro dicto l'Existence de Dieu demontrée par les merveilles de la nature, testatur, que les concretions du salpêtre qu'on observe dans les vieilles murailles, composées de mortier & de pier-

A

re,

re, ne paroissent la pluspart qu'en hiver, & dans le tems que le vent du Nord souffle, & que ceux, qui l'appliquent a ramasser le salpêtre, balayent particulierement en ce tems les murailles. Il dit aussi qu'on tire plus de salpêtre des murailles, qui sont exposées au nord, que de celles, qui sont exposées au midi. *Speciosa sane sententia.* Proba vitæ humanæ constitutio in sanguinis motu liberiori peristaltico consistit, eximia æris proprietati, elasticitati scilicet, ortum debente. Ut enim homo nullo modo, posita præsenti corporis structura, vitam degere posset nisi aer esset elatere præditus; ita etiam, quo magis dicta intenditur elasticitas, eo facilior systole & diastole pulmonum, eoque vita hilarior erit. Si proinde spiritus nitrosi hausti vitam reddant latam, elasticitatem quoque æris si non efficiant producantque, eandem saltem augebunt. Verum unde hoc conitat, quove experimento idem evinci potest? Certe in gratiam assunitæ hypotheseos talia modo finguntur, nitrum videlicet æri elasticitatem conciliare; cum potius dicendum erit, illud magnam ideo prodere vim elasticam, quod plurimis imprægnatum sit particulis aëreis, prout non sine ratione contendit sagacissimus Halesius. At ponamus spiritus nitrosos talia efficere posse: & dicant

dicant hujus hypotheseos patroni, cur non & que
bene se habeant homines fervidis diebus canicu-
laribus, ac stringente frigore hiberno. Respon-
debunt forsitan nimium calorem vitæ pabulum
dissipare, unde animi deliquum patiuntur mor-
tales. Quam vero siculnea hæc sit argumenta-
tio, quis non videt? Rutilantia profecto fulgura,
mugientia tonitrua odorque incensarum in aë-
re materiarum satis comprobant, multos in ath-
mosphæra, urenti æstate, spiritus nitrosos hospita-
ri. Verum respiratio tunc difficilis redditur; &
quidem partim, quia aër intenso calore nimis di-
latatur, adeoque minus elasticus erit, partim, quia
exhalationes sulphureæ, aliæque aërem ambientem
inquinantes, illum e statu elasticō in fixum dedu-
cunt. Hoc non unico modo demonstravit suis
sapiens experimentis Halesius in Statique des Vege-
taux. Genus quoddam morbi perhibetur, quo
laborantes homines plurium septimanarum, immo
& mensium, inediā perferre possunt; verum
quæcumque deum sit hujus cauſa, vita certe
heic a pabulo quodam æthereo non dependet, cœu
demonstrant Medici.

THESES II.

Controversia inter Physicos & Metaphysicos de
 divisibilitate materie in infinitum in meram abit logo-
 machiam. Vocabulum infiniti varie a variis accipitur.
 Per divisibilitatem actualem quandam partium a se
 invicem separationem Physici & Metaphysici non
 intelligunt; quippe quæ motum supponit, qualem
 quidem spatii natura non permittit, nec taleni disjunc-
 tionem probant demonstrationes e Geometria peti-
 tæ; verum divisibilitas hæc involvit solummodo
 partium in magnitudine quadam occurrentium
 distinctionem & assignabilitatem, e. g. cum de-
 monstrant Geometræ, qua ratione angulus datus
 in tot, quot libuerit, partes æquales, vel inæqua-
 les, sit dividendus, non simul methodum ostendunt,
 qua una pars ab altera divulsa recedat; ve-
 rum modum tantum tradunt, lineas rectas ita in-
 tra anguli dati crura ducendi, ut anguli, his com-
 prehensi lineis, sint inter se in ratione data. Hæc
 etiam magnitudinis in partes resolutio extensio-
 ni adeo est intima, ut id quod partes non haber,
 scilicet punctum, non sit magnitudo, sed ma-
 gnitudinis aut initium aut finis. Nec linea quæ-
 vis ex punctis, licet numero infinitis, nec super-
 ficies ex lineis, nec denique solidum ex superficie-
 bus,

bus; infinites sibi accumulatis, unquam conflari potest; sed ex aliis ejusdem generis magnitudinibus componitur, quarum unaquaque iterum ex aliis conflatur partibus, suis denuo gaudentibus partibus, & sic porro; nec unquam dividendo ad partem adeo parvam pervenire licet, quæ, ob parvitatem, in minores non dividi poterit partes. Ulterior hæc materiæ in partes resolutio, divisibilitas materiæ in infinitum a Mathematicis dicitur. Fateor equidem hoc non adeo conceptu facile esse; non ideo tamen deserenda veritas, validis suffulta argumentis. Metaphysici autem infinitum id vocant, quod omne possibile in suo genere comprehendit. In hoc sensu numerus infinitus est, qui omnem possibilem unitatum multitudinem complectitur. Duni itaque Metaphysici quærunt, utrum materia sit in infinitum divisibilis, questio huc redit: utrum numerus partiū ejus omnem possibilem unitatum multitudinem comprehendat. Mathematici autem & Physici quærunt: utrum per divisionem toties, quoties libuerit, iteratam pervenire possimus ad partes materiæ indivisibiles. Ut itaque Metaphysici recte negant divisibilitatem materiæ in infinitum; qvum,

ea admissa , quodvis corpus tot comprehendenter partes , quot ejus duplum , triplum , immo utcun- que multiplum : ita quoque Mathematici & Physici divisibilitatem materiæ in infinitum optimo admittunt jure, adstruunt atque confirmant. Observandum autem est , quod infiniti conceptus , prout a Metaphysicis sumitur , quando numero vel quantitatì cuicunque finitæ applicatur , contradictionem involvat ; nihil enim tam magnum est , quod non possit augeri , & licet ponamus numerum vel quamcunque quantitatem eo usque erevissim , ut nulla ratione assignari posset , non tamen ideo perdit potentiam recipiendi plures unitates vel partes , earumque additione accrescendi.

THESIS III.

*Uliginosa loca in gratissima abire possunt pra-
ta.* Si paludes lustraverimus , easdem vel arboribus circum circa cingi , vel montibus stipari deprehendimus. Ulterius si solum ipsum consideraverimus , illud hinc , proprius propiusque accedendo ad paludem , illinc iterum ab eadem recedendo , magis magisque plerumque declive fieri invenimus ; unde aqua paludum vel

ex aqua pluviatili, vel etiam ex aquis, ex altioribus locis defluentibus, communiter constat. Paludes enim paucas habere scaturigines vel inde patet, quod, tempestate sicca, non parum aquæ earundem diminuantur. Si montes loca circumstent uda, aquæ intra meatus, rimas & cavernas saxorum decurrentes, terram levem atque tenuem, ibi observiam, arrodunt, secum abripiunt, ac in paludibus deponunt. Venti autem ad rupes aliam continuo deserunt humum, putrefacta nempe vegetabilia, earundemque semina, cetera, quæ omnia, continuato circulo, rursus per decursum aquarum in paludes præcipitantur. Si vero arbores circumstent, earum folia, rami, lævientibus temperatibus, magna copia ingeruntur aquis, quæ fundum sensim petunt, putrefactaque humum adauagent. Et sic:

Adde paro parvum parvo superadde pusillum.
Hinc fundus fit elevior, unde aquæ ad adscensum sollicitantur. Dum vero aqueæ particulæ ultra margines elevantur, ab adjacentibus particulis non amplius refrigerantur; hinc calor solaris facilius easdem expandit, expansasque in aëra elevat; quem adscensum calor terræ multum promovet. Nec retis

reticendum, impetuosoſ ventoſ , vere & autu-
mno telluri pelagoque plerumque incubenteſ , au-
xiliatrices in hoc negotio præbere manus; hi
enim particulae abundantiaſ a reliqua abradunt
massa , ſecumque ad loca diſtiffima auferunt,
abripiunt. Atque ita ab una parte diminuuntur
aqua. Alia præterea, qua decreſcent eadem,
adhuc datur via. Nimirum, poſtquam mar-
giueſ exſuperare inēperunt, verſus depreſſiora ma-
nanteſ exitum ſibi quærunt. Poſtquā in ſic aliquan-
tuſ diminutæ ſuerunt aqua, fundum ſternit
sphagnum, quod temporis ſuccesſu in humum po-
roſiſſimam, totam quantam paludem repletem,
abit. Hoc facto ſcirpi, eriophora, potamogetoneſ, eete-
ræ, tubera eo modo elevata conſtituent, ut radiceſ
magis magisque ſuperiora petant, & firmiter ſie
fundamentuſ pro aliis naſcituris plantis reddant.
Folia iterum & cauliſ horum vegetabilium pu-
trefacta humum valde adaugent. Haec vero terra
cum poroſa nimis ſit, plurimum aqua in ſe ab-
forbet, unde turget: accedente hinc frigore hi-
berno adhuc magis intumescit, ita ut ſupra ſu-
perficiem aqua emergeat; quo facto leviores par-
ticulae terreſtres, aqua anteia innatanteſ terraſ ad-
fur-

surgentī agglutinantur, eique majorem consi-
stentiam conciliant. Atque hæc scena tam diu
luditur, donec ipsa palus in amoenissimum im-
mutetur pratum. Si insuper naturam ars tule-
vaverit, citius & felicius succedet negotium.

THESES IV.

*Venti ingentem præstant utilitatem in pratis diffe-
minandis.* Mira & provida naturæ cura ubique
elucet, totque insignibus te prodit documentis,
ut omnia consecando pleraque ignoremus. Ne
unica regio suis sola luxuriaret vegetabilibus, va-
rios benigna hæc mater invenit modos, quibus
inter filias bona hæc sua divideret. Hinc quarun-
dam plantarum semina *alis*, vel *pappo* vel *mem-
brana* constantibus, instruxit, quarum ope longe
domo suā avolant, perque integros terrarum tra-
ctus disperguntur. Aliarum rursus herbarum *pe-
ricarpia* insigni pollut elasticitate, vi cuius semi-
na longe explodunt. Præcipue tamen ministerio
ventorum, quando semina plantarum longiora eme-
tiri debent itinera, utitur natura. Notum est
Erigeronis quandam speciem ex America Parisios
advectam, hortoque Botanico ante seculum fuisse

insertam. Hæc species solum unice tum visebatur in viridario hoc, quæ tamen non ita multo post in Germania lœta viguit. *Pappo* enim, quo semina hujus plantæ vestiuntur, efficitur, ut eadem multo sint leviora, ac sine hoc essent; atque adeo inoffensæ per vastos terrarum tractus quasi volare queant. *Hordeum & secale satum*, commutatum fuisse in avenam non semel queruntur agricultæ; ejusmodi autem metamorphosis legibus generationis repugnans, nequaquam continet; verum alia hujus rei subest cauſa: semina nimirum avenæ integra vel in ipsa agri stercoreatione accesserunt, vel per ventos, ex agris adjacentibus, eo delata fuerunt.

THESES V.

Elasticitas corporum per hactenus cognitas Attractionis leges explicari nequit. Qui contrarium defendunt, hunc in modum calculos subducunt: Si ea sit corporis alicuius textura eaque compositio, ut particulæ ultimæ compositionis, per vim quandam externam a primigeniis suis contactibus paululum dimoveantur, nec interim in novos commigrent, particulæ, per vim attrahentes, ad primigenia suæ revertentur.

attractivam , cessante vi extrinsecus operante ,
 se mutuo petentes , ad contactus priores cito re-
 dibunt ; iisdem vero redeuntibus particularum ,
 corpus quodvis componentium , contactibus &
 positionibus , eadem quoque redibit corporis figu-
 ra ; adeoque per vim attractivam corpora pristi-
 nas , quas amiserant , figuram denuo recuperant .
 In hypothesi hac duo obseruentur I. quod attractio-
 nem in particulis ultimæ compositionis modo ur-
 geant . Cartesianorum tota fere philosophia in
 eo occupatur , ut varias particularum , corpora com-
 ponentium , formas figuratasque eruat atque con-
 sideret ; verum nullo , ut opinamur , genuino
 experimento adhuc constat , tales particularum
 dari ordines : multo minus , qualem subeat mu-
 tationem hic vel ille ordo , data quantitate mu-
 tationis in alio quocunque productæ , determi-
 nare valemus . Insuper utrum tales particularum
 dentur ordines parum curamus ; parum enim
 in explicandis ipsis phænomenis nobis inservi-
 rent . 2. In hac elasticitatis explicatione ponitur ,
 particulas corporum elasticorum a primigeniis
 contactibus aliquantum dimoveri , nec tamen
 interea in novos commigrare contactus . Quæ

positio legibus attractionis e diametro repugnare videtur. Novimus enim attractionem inter particulas augeri, quo propius eadem sibi appropinquant. Constantem tamen inter vires atrahentes & distantias rationem dari quo minus assumamus, accuratissima Physicorum experimenta disvadent. Sit jam lamina chalybea probe temperata, inflectatur eadem in formam circularem, tum unicuique patet, partes, concavam superficiem constituentes, hac inflexione propius ad se accedere, convexam autem componentes longius a se recedere; cum vero, particulis ita sibi appropinquantibus, nihil obstat, quominus in novos fortioresque cedant contactus, quin potius id postulet modo memorata Attractionis lex, partes in mutuos commigraturas contactus jure statuminamus. Cesset jam vis externa laminam in formam circularem trudens; num eadem se restituet? Minime gentium, nisi inter partes in convexa superficie existentes, longiusque a se remotas, majorem urgere quis vellet attractionem, quam inter partes in concava superficie sibi vicinas.